

¶ : ¶

crum Minus & Majus, quæ utriusque Methodum sibi, ut vel obiter intuenti patebit, haud quaquam dissidentem, sub uno adspexitu poneret, juxta ipsius Altingii in Proœm. Theolog. Hist. ductum exscribi curavimus; idque suasu Viri Celeberrimi D. Joh. Casp. Hofmeisteri, suspiciundi Fautoris ac in Historica Professione Prædecessoris nostri Clariss. nunc in Græcæ Linguæ deliciis tradendis Cel. Suiceri τὸν νῦν ἐν ἀγίοις meritissimi Successoris, qui hujus consilii necessitatem longiore Compendii tractatione perspexit, eaque de causa nobis quoque quicquid laboris est suscipiendi, auctor existit. Quod dein ad Geographiam Altingianam & pagellas de Dominio Orbis attinet, immutanda quædam & ubi licuit ad modernam rerum rationem conformanda esse duximus, ne nempe hoc tempore absque usu Studiosis forent, aut fumum venderemus. Qua de causa id vitio haud iri versum confidimus. Leges quoque in Chronologia nobis positas esse ab ipso Altingio rati fuimus, qui l. c. in Proœm. sibi Bucholcerum placuisse notat; cuius adeoque vestigiis & nos, innumeris ad Ejus calculum emendatis locis, quæ in priore Editione vel neg-